

# DISCORSI HISTORICI


DI

## DEFENDENTE LODI

IN MATERIE DIVERSE

APPARTENENTI

## ALLA CITTÀ DI LODI



IN LODOI,  
PRESSO PAOLO L. MOETTI. M. DC. XXIX.

BERNARDVS  
BALIONIVS  
CLER. REG. CONG. SOMASCH.  
LECTORI.

**N** scenam qui prodit, Lector, si se minus decorē  
agit, pauloque movit extra numerum pedem ex-  
ploditur confestim, & exhibetur temporum no-  
strorum deplorandos mores! etiam Pueri nasum  
habēt Rhinocerotis; atq; en usq; effrenis quorundam processit  
audacia, ut tunc belle, & ex arte fecisse existiment, ubi den-  
tatis, aculeisq; cachinnis in aliorū scripsa sanē docta ad ra-  
xim usq; debeatentur. Vix quis, quae domi habet, in lucē pro-  
fert, ut in communem exeant studiosorum utilitatem, cum  
tetrici subito, seueriq; veniunt in theatrū Catones, qui rugata  
fronte, & frontoso supercilio quis scribat, disquirunt, quid, &  
qua de causa scribat, exornant ad labellā, si quid est for-  
te, quod illorū patato sanē stupido non arridaat opinio, de re-  
pēto itā expuunt, itā perstringunt, ut nihil magis, quasi verō  
illud unum suae suae exhibende sapientiae, immortalisq; apud  
mortales glorie pmerenda datū tempus, quum improbis fau-  
ciantis lingue susurris in euigilatas ad Cleantis, & Aristo-  
phanis tucernā visorū detorum elucubrationes cauillentur.  
Hec vidit, necnon videre potuit Perillustris D. Defendens  
Laudius, cuius viri singularē doctrinam, & eximiam eru-  
ditionē miram in modū respexit quaedam incredibilis huma-  
nitas, & sanctitas morū: vidit haec inq; quum Amicis mi-

te rogantibus, & penè dicā, extorquentibus suas Academicas  
 Prolusiones typicis Calligraphorū natū fuit coactus committi-  
 tere; nulla tamen unquā aut insipientiū blateramenta obre-  
 ctatorū, aut dentata Syrophantariū virulentia potuit efficere,  
 quin illas e flagitantium dictus amicorū auctoritate, & amore  
 captus dulcissima patriā, typis daret, præsertim quū illi ve-  
 niret in mentem Inuicisum hominum Inuidorū genus tā vit-  
 esse omnino faciendū, quā faciunt calicē. Elephantes Indicis  
 non enim honorū famam deprimere potest inuidia, quā nemo  
 vir probus unquā, ac doctus caruit. Sed forte esse ista mihi ipse  
 obtrudes, & amarissime obloqueris, Lector, Quis tu es, qui  
 blateras? quin oppannire & sase vitio planè mē: is caprus es; nā  
 ut stes ab aliorū aduersarijs, illorumq; partes tuteris acerrimè,  
 erumnali in te ipse favore percitos concitas obrectatores, ac effu-  
 eis eā ipsam fabā in te recudant alij quā ipse in alios elaboras  
 eudendā? Quis tu es non atro non signādu calculo, nigrioreq;  
 lapillo, qui Defendens Laudij animo dures, & ornamenta  
 satis nota, nulliq; improbatā pygæteo quodā fastu à calum-  
 nijs obrectatorū defendēdas suscipis? Quis tu es, qui nō modo  
 ominaris, sed minaris, immo precaris, ut Magnus ille Iuppiter  
 Inuicisum Inuidorum genus suo adigat in tartara fulmine?  
 Quid tibi vix noto homini potest esse rei cū doctissimo, proba-  
 tissimāq; rerū Laudensū Scriptori? ab eas in rem bonam, resq;  
 tuas mouis agas homo, nec te te scriptis velis insinuare alienis;  
 hec inquā, atq; huiusmodi alia in me, suspicor, obloqueris. Ego  
 Verò isthuc ipsū ea ipsa de causa feci, ut expiscarer, si qui na-  
 suti, si qui Timoniana fronte essent, qui cauillis inuidis, &  
 acutatis verbis in me ipsum armā decur, ac effrenatā quadā



maled. Si libidino me mordicus arriperent, & dente arroderent leonino, quod ijs bene cupiã, beneq; velim, qui rei publice litterariae bene volunt, beneq; cupiunt. Vix dũ fuerant Prolusiones istae (ne te d. mittam in sciu omnino) impressorij consignatae nois, quum e calcographia taberna mihi folia quaedã, de percurrere, fuerunt allata; ea quidem magno cum gaudio vidi, & summa cũ alacritate perlegi, ac plurimũ delectatus scriptoris ingenio non potui non illũ ardentissimẽ amare, paulo post observare plurimũ; tandem non multo interiecto tempore hortari verbis caepi gravissimis ad maturandã editionẽ, inde meã de culcissimi viri summa eruditione, singulariq; doctrina conceptam opinionẽ certissimis argumentis testatã facere posteritati. Ergo cane, & angue peius quis me oderit; maleq; accipiet, quod ego bene velim, beneq; sentiam de doctissimo, ac probatissimo Scriptore: Sed hæc illi reponat Deus. Ego enim sacris monitis auscultare volo. Tu lector, caue, existimes, à me ullum unquã dici verbũ ad ullius captandas aures; illud nõ ferunt meae vitæ rationes, nunquã palpo dolosus fui, nec subcognationis uti; Neq; vir est Defensens Laudius, qui inanibus teneatur gloriolis, aut emendicatis pariasur efferræ prædicationibus: Ita ego ab adulandi studio semper abhorruĩ, de ab intestino morbo; atq; ille ita graculas odit assentationes, de venerabile Crucis sanctissime signũ Daemon. Sed ad rem nostram. Sunt certè, nec ipse difficitur scriptor, huiusmodi sue Prolusiones Academicæ, quas in lucẽ dare cogitur, de illarum scriptioũ genere, quæ maxime varia sunt, ac multiplices omnino; demum tales, quales complectuntur multi, asequuntur vero pro dignitate pauci. Quid enim magis multiplex, ma-

Quidq; varium esse potest, quàm rerù maximarum consilia, exi-  
 tus, actiones, regumq; ac magnorum virorù actus cù tempo-  
 rum, ac locorù ordine, & descriptione, tanquã viua quadam  
 pictura ante oculos exponere? Quid quod maiora cõprehendat,  
 quàm non modo vnius cui, aut Urbis exempla, sed omnium tẽ-  
 porum, omnium gentiù, quasi in diffuso theatro res gestas ex-  
 plicare? Et tunc tamen ne deducas, velim; omnes gentes, & loca  
 omnia complexũ esse Defendentẽ Laudis historia sua; Verũ  
 de vnius Pompeia Laudis, Laudensiumque ciuiũ rebus ita  
 scripsit, vt nulla ratione tibi sit cur illi obrudas alius euolas-  
 se, quàm oportuerit; atque exclames reprimendũ esse illius vo-  
 latũ, ne cadat iste Icarus. Dædalo auscultauit sēper, Lector,  
 hoc est ita scripsit, vt ne pedẽ quidem ab auctoritate recesserit  
 eorum, qui de Laudensiu rebus luculenter scripserunt; quorũ  
 fidẽ, probationes, coniecturas, et alia secutus omnino est, atque  
 ita, vt cum illis maluerit errare, quàm secũ vno bene sentire.

Sed ex vario, atque multiplici scribendi genere, hoc est ex  
 historia, quis non videt, quanta mortalibus in dies creentur  
 bona? Quid pulcrius, vt cũ nõ inerudito Scriptore loquar, quid  
 inquam pulcrius est, quàm sedentẽ periculis aliorum, sine suo  
 periculo cautum, sapientẽquẽ fieri? Quid utilius, quàm in om-  
 ni re ardua, aut aliquo grani discrimine, qui te precedat, ha-  
 bere? Aequant prudentia senes pueri, si sapius repetunt Anti-  
 quitatis memoriã; sin secus cum Sacerdote Aegyptio puerum  
 Solonem ipsum, virum alioqui granem, Græcosque ipsos pue-  
 ros appelles licet; id quod ego ea de causa dico, vt ex cõmenda-  
 tione historice narrationis Academicis Prolusionibus histori-  
 cis Defendentis Laudis laudem aliquã deriuẽ; atque ideo s̄

Simon  
 Grijnz  
 us in  
 præf. ad  
 Iust.  
 Hist.

non Scriptoris, Scriptionum salte illius amore captus sapius,  
 illas prae manibus habeas, saepiusque legas. & si non illae quidem  
 tanta resperse sunt varietate rerum, quae valeant animos ob-  
 lectione depascere legentium; tamen, si leges, non inuicundae,  
 non inutile, tibi polliceor, futuram lectionem. Non gustabis in istis  
 illos fucatae orationis flosculos, & cincinnos, quos amat hodie  
 imperitorum vulgus; Nec ita scriptor loquitur, ut interloquen-  
 dum totum videatur effundere velle Heliconem: Non &  
 tam insolenti, tam quae inaudita vitur oratione, ut Gordianis  
 obuisclā dicat nodis, gryphisque conseptā Ausonianis, aut am-  
 pullosa ostentatione tumescentē, nec ut nubes, ac inania cap-  
 tet, humum vitare contendit, demum cum spinis sophistarum  
 non minore depugnat animo, quam olim Hercules cum lerneis,  
 monstris; Verum quidem suis in delitijs habet illos lepores, illas  
 veneres, illos cultus, & gratias, nitorēque sermonis, quo vno  
 venetur maximē historica narratio; quemque praecipue amat  
 modestia religiosissimi Scriptoris. Ain' uero tu mendosum il-  
 lum, & erratis undique exundantem, quod, quum legis eius  
 scriptiones, aliud cum paucis, sed probatissimis testibus senti-  
 re videas, quā cum illis sentiat, quorum plurima de Lauden-  
 sium rebus volumina circumferuntur? tuum hoc est merum  
 praestigium, si id affirmare audes, tua haec est mera impostu-  
 ra; atque ita à veritate caligas, ut ad solem noctua. Non enim  
 ille ad suam sententiam acriter ita intubuit; ut ab illa depelli  
 nunquam potuerit; sed ita studuit veritati, ut vni illi plu-  
 rimum semper tribuerit; & singularem in hac re probatissi-  
 morum habuerit scriptorum auctoritatem:

libi 6.  
 Bell.  
 Pun.

Quid si legeres apud Titum Liuium, Patavinum Princi-

pem

perem Historicorum nescio quam inter complures, eosq; probatos  
scriptores discrepantiam, & ut dicā, toto cælo aberrationem.  
Anne tu tum illo demirareris magnoperè, & cum eodem pro-  
nuntiare illa non dubitares: Adeo nullū esse mentiendi  
modū? Nō ita. Ne igitur labeculis res persas dicas historicas  
Prolusiones Defendentis Laudij, si quo in loco non ille cum  
omnibus scriptoribus consentit; cuius industriæ se tantum de-  
bere intelligant Laudenses Ciues sui, quātum nunquam per-  
soluturi sunt; nec ipsa minus se debituram profiteatur Pom-  
peia Laus (earum, quæ in Cisalpina Gallia sunt, Urbium,  
Urbs certè non postrema) quando labore, & diligentia cultis-  
simi scriptoris effectum est, ut hæc ipsa Urbs è cineribus, in-  
quibus adhuc sepulta iacebat, surgat rediuiua, & Laudenses  
ciues ipsi non amplius esse dicantur hospites in ijs, quæ pertinent  
ad patriam, in qua peregrinari, ut fertur adagio, turpe nimis  
est, & dedecus nulla ratione excusandum. Sed quàm verecun-  
de sint, quas in lucem cogitur traducere, Prolusiones Defen-  
dens Laudius, quàm ad viuum referant eā ipsam, qua ma-  
ximè insignitus est scriptor, modestiam, vel ex eo licet collige-  
re, quòd non ascito fuco titulo speciosiores, venustæ facie, &  
comptæ coma prodeunt in lucem, sed natiuam, ac simplicem,  
sed non illiberalem præferunt frontē, quasi nempe res ipse,  
de quibus agitur, teneri maxime videntur; ut in conspectum  
litteratorum hominum esse deductæ, non irruisse, & precario,  
non vi venisse debeant inre merito dici; At si non habuere fue-  
re in solempni Academicorum confesso, quis neget, hoc heri do-  
tuisse, si per tempus, & otium licuisset Academicum? Et licet  
præterea tu ignorares nolim, Lector, hic non esse longo rerum

ordine, ac serie omnia repetita tempora, non & omnes tempo-  
 ram rationes, sed esse collecta vnius solum Pompeiae Laudio-  
 ram antiquioris pene situ obliuionis deleta, quam eiusdem re-  
 stituta monumenta quaedam ab immani priscorum tempo-  
 ram vindicata tyrannide, quae eò usque redacta fuerant  
 scriptorum penuria, dicamne, an incuria? Ut vix vllum vi-  
 deretur superesse vestigium. Alia; atque alia fortasse di-  
 ces, tumultuariaque huiusmodi scripta, quando illa vides in  
 alias, atque alias distributas esse Prolusiones; ac si attenta  
 cura, & accurato studio examinabis, ita inter se coherentia,  
 eoque rerum nexu, ac serie colligata esse cognosces, ut ad vnũ,  
 atque idem referantur omnia, & ab ijs ne recedant quidem  
 pedem, quae tenacissimè seruant scriptores rerum. Demum  
 Apud sapienti, aiebat Aristophanes, nihil aut nouum, aut peregri-  
 Diog. num; quare tu, si sapis, nihil hic noui, nihil arte confictum ex-  
 lib. 8, pectes: habes, quod habebas antea; nihil detractum Lauden-  
 sium rebus est, nihil additum, praeter externam quandam  
 quasi formam locupletioribus comprobata testibus, quae ita-  
 lico delineata stylo, aggeratis in vnum, ac penè confusis Pom-  
 peia Laudis rebus superinducitur.

Quod reliquum est, Lector, illud est, ut abs te in primis  
 petam, enixeque rogem, has Prolusiones iterum, iterumque  
 legas, & si quid est peccatum, vel potius quicquid peccatum  
 est; condones; opus enim subito fustum est, & cusum succisi-  
 uis horis. Interim tua Deus secundet vota, teque sospitem  
 conseruet diu. Vale. è Collegio nostro S. Mariae, Anno  
 Salutis reparata MDCXXIX.